

Honor exseqvialis,
Ornatissima omniq. Virtutum laude Decoratissima

Dn. ELISABETHÆ,

Natæ BAUMGARTIANÆ,

Speſtabilis quondam & Conſultiffimi VIRI,
Dn. JOHANNIS SCHIDLER,

Scabini Thoruniensis Graviffimi

Relictæ Viduæ,

Dn. Materteræ noſtræ Deſideratiſſimæ,


Anno Chriſti 1680. d. 17. Decembr. piè in

Chriſto denatæ, & 22 ejuſd. Men-

ſis honorificè, ritu Chriſtianò

humatæ, exhibitus ab infra

ſcriptis.



THORUNII Typis excudit CHRISTIANUS BEKK.



Um brumale gelu constringit corpora sævo
Frigore, Suthoniã dum nive candet humus:

Dum riget & glacie fluviorum Vistula princeps,

Dum minimos Orbi Sol vehit axe dies.

Præ foribus dum jam Christi Cunabula fulgent,

Et sancti Genii gaudia læta ferunt.

Dum vetus exactis completur mensibus annus,

Et senio moritur tempus & hora suo.

Ecce pius properat Matertera nostra sub umbras,

Adq; sui Manes tendit amica Viri.

Inde Domum nostram tristis Libitina fatigat,

Et moestos elegos fors inimica facit.

Pullatos inopina necis vis reddit amicos,

Et nigro luctu gaudia nostra necat.

Heu, Virtus moritur, pietasq; decusq; coruscum

Fœminei sexus concidit ante diem.

Frigida Matronam tempestas tollit honestam,

Et moriens annus vivida fila necat.

Quinq; Vir ante annos clarus virtute, Maritus

Illius, hoc ipso tempore charus obit.

Anno cum veteri veterem finivit & ipse

Vitam longævus Nestoreusq; Senex.

Is nunc in cœlo lætissima juba cantat;

Perfruiturq; annis jam sine fine novis.

Sic placuit Superis, quibus est parere necesse,

Sive velint nos hic vivere, sive mori.

Is satis in mundo vixit, qui vixit JOVÆ

Ad nutum, cujus nos quoq; plasma sumus,

Vita quid est hominum? fumus, flos, bulla caduca,

Formido, carcer squalidus, umbra dolor,

Hoc experta fuit Matertera nostra per annos
Bis senos, cheu, lumine cassa suo.
Cæcus homo miser est, nec celsi sidera cœli,
Nec telluris opes, nec sua facta videt:
Nec Natos Natasq; videt, caros nec amicos,
Nec rectum cernit, quo gradiatur, iter.
Omnia sub tenebris latitant & nocte sepulta;
Jucundum nihil est hic ubi lumen abest.
Quicquid at hujus erat: potiori pensat Amicæ
Salvator nostræ tristia damna modo.
Nam quæ infirma fuit, caruit quæ luminis usu
Fœmina, nunc cernit sana valensq; Deum.
Adspicit exultans cœlesti lucis in aula
Sanctorum electos Angelicosq; greges.
Invida cui visum natura negaverat, hunc jam
Fœnore apud Superos nobiliore tenet.
Ergo jam cessent luctus, suspiria, planctus,
Nec lachrymas nimum fundat Amica Cohors.
Noli, care tuam Genitor, deslere Sororem,
Quæ tibi quæ nobis cara favensq; fuit,
Nec Matrem vestram dilectam flete relictæ
Cum Nata Nati, nec lacerate genas.
Vos Pater Omnipotens non unquam deseret, ipse
Et Patris & Matris munia fida geret.

Mœsissimus scrib.

ANTONIUS Baumgarten/

Zurück

Zurück-Ruff der Seeligst. Verstorbenen/
an die Hinterbliebene Betrübten.

S Zellet die herben Seuffzer ein/
Lasset nach die heissen Thränen/
Die der Liebe Zeuge seyn/
Weil ihr ja mit eurem Ehnen
Nur die Herzen matter mache,
Dencket aber an die Freude/
An die süsse Himmels-Weide/
An der Seelen hohe Pracht/
An den ohrt da alle Fromen/
Frölich werden aufgenommen,
Dahin ist auch mein Seel
Nunmehr Seelig auch versetzt,
Und wird mit dem Gnaden-DEL
Ihres Heylands Lust ergetet
So das keine Noth und Kwal
Sie hinführo mehr berühret
Sondern herrlich Triumphieret
In dem hohen Himmels-Saal,
Da sie glänket wie die Sonne
Angethan mit Freud und Bonne.

Mit diesem wenigen hat sich über dem Ableben seines
Hochgeliebten Fr. Ruhmen selbst getrübet

Daniel Baumgarten.

